

454.

1259.

Gräshult.

Hustru GYTHAS, Gåfvobref till Nydala kloster på hennes andel i Hagshult efter hennes och hennes man Gudmunds död.

A. 3. x. 1: 38.

In nomine patris & filij & spiritus sancti. Ego Gytha villica Domine Ranfridis in Gresølt. Cum voluntate & cum consensu eiusdem domine mee. Pro me & pro dilecto marito meo Guthmundo villico. predium meum & totam curiam cum ceteris attinencijs suis. confero solempni voto Claustro & fratribus de Nouavalle in villa que dicitur Hagsiohylda. perpetuo post mortem meam & dicti mariti mei possidendum. Quicumque hanc donacionem calumniare attemptauerit. indignacioni Domini Dveis & ire omnipotentjs dei subiaceat in futurum. Ceterum ad confirmandum hoc presens priuilegium. sigillo dicte Domine mee & sigillo filiarum eius feci presens scriptum firmiter roborare Datum anno domini. M.CC.L. Nono. In Mansionem que vocatur Greshylda. valete in christo.

Sigillen: No 1, 2 bortfallne; två tofsar af hvit tvinnad linnetråd finnas kvar.

455.

1259.

Göthala.

Bisk. RAGWALDS i Skara betyg att ESTRID, PETER HVIJSS DOTTER, gifvit sin gård i Thorkelstorp till Gudhems kloster, med vilkor att i hennes lifstid deraf årligen uppbära 15 öre.

A. 3. å. 2: 1.

Vniuersis christi fidelibus quibus presens scriptum innotuerit. R. diuina miseracione scarensis episcopus. Salutem in nomine ihesu christi. Noticie transmittimus singulorum. Qvod Estridis filia petri Hvijs curiam quam in thorkilsthorp habuit cum omnibus attinencijs claustro sanctimonialium de Gudhem sana & incolumis donauit libere sub hoc pacto. vt quam diu dicta. E. uixerit. XV. horas vsualis monete de ipso claustro ad uite sue necessaria percipiat annuatim. Ne igitur hec donacio tam racionabiliter facta possit in posterum ab aliquibus irritari. presens scriptum cum sigillo nostro ac sigillo capituli nostri fecimus communiri. Datum Gotalie anno dominij. M°. CC°.L°.IX°. Anno pontificatus nostri. II°.

Begge sigillen äro sönderkrossade.